SACRI.

AC VENERANDI IVRIS VTRIVSQVE COLLEGII BONON.

Reſponſum

PRO

LIBERTATE ECCLESIASTICA.

BONONIÆ,

Apud Ioannem Baptiſtam Bellagambam. M. DC. VII.

Superiorum permiſſu.

SVMMARIA.

1 ANTIQVI Patres Collegij Iur. Ciu. Bonon. pro inualiditate ſtatutorum huiuſmodi reſponderunt.

2 Venetorum ſtatuta, de quibus agitur prorſus inualida, & ad nutũ Sanctiſſimi D. N. reuocanda fuerũt.

3 Quamuis duæ ſint poteſtates adinuicem diſtinctæ, ſpiritualis, & temporalis, non tamen, vt conſultores Reip. Ven. opinantur ſunt diſtinguendæ.

4 Poteſtas ſpiritualis apud Papam habitu, & exercitio reſidet: temporalis verò habitu tantùm, exercitio in Reges, & Principes ſeculares tranſlato. Hinc duo gladij in poteſtate ſunt Eccleſię, cum communi ferè omnium ſcribentium Catholicorum opinione.

5 Veritatem hanc pluribus agnouit D. Peregrinus conſultor Reip. nunc ſibi contrarius.

6 Nec eam oppugnant in contrarium deducta, nec ex D. Bernardo allegata.

7 Principibus ſecularibus neceſſaria non ſunt repreſaliæ, cùm indefectum iuſtitiæ Summum habeant Pontificem, qui ſemper eſt.

8 Falsò DD. Veneti prætendunt, neminem in Terris, præter Deum, in temporalibus ſuperiorem agnoſcere. Poteſtas enim Principum ſecularium temporalis à Summo ipſo Pontifice deriuat in eos.

9 Quando Principes ſeculares ll. ferunt in detrimentum Eccleſiæ, vel etiam ſubditorum, vel peccata fouentes, à Papa corriguntur, & puniuntur.

10 Primum Decretum de immobilibus Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticis non vendendis, nec tit. donationis, aut vltimæ voluntatis eis relinquendis, & vt relicta vendãtur poſt biennium quo ad omnem eius partem inualidum oſtenditur.

Eius inualiditatem probat manifeſtiſſimè tex. in cap. fin. de immunit. Eccl. in 6.

Non obſtantibus intellectibus, & interpretationibus exaduersò ad eundem tex. conſideratis.

11 Quæ relinquuntur, aut donantur Eccleſiæ pro anima, ſpiritu Dei relicta dicuntur, in quibus actibus ſacri Can. libertatem requirũt.

12 Quatenus Eccleſiaſtici coguntur acquiſita alienare poſt bienniũ, eſt contra tex. apertum in cap. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. doctr. Bal. & aliorum.

13 Decretum hoc cont. libert. Eccleſiaſticam eſſe, ex multiplici capite probatur.

14 *Ad excuſandum decretum, ex aduerſo conſiderata non obſtant; vt ſigillatim reſpondetur.*

Nec refert, an directè, an indirectè libertas Eccleſiaſtica offēdatur.

Non dicitur eſſe in libertate is, cui neceſſe eſt licentiam petere.

15 *Immobilia cæteris omnibus preciosiora probantur.*

16 *Decretum, vnicam Eccleſiam, vel vnius Eccleſiæ religioſos lędēs, vniuerſam Eccleſiam afficere, & contra totius Eccleſiæ libertatem factum dicitur.*

Nec refert an in temporalibus potius quam in ſpiritualibus; an pretextu publicæ vtilitatis nitatur.

17 *Decretum iſtud multa ſimul admittit inconuenientia.*

18 *Auctoritate omnium ferè ſcribentium eius inualiditas, & iniuſtitia probatur; etiam in fortioribus terminis de ſtatutis prohibentibus alienationem ſimpliciter in non ſubditos.*

19 *Fundamenta conſultorum Reip. facilè, & penitus euertuntur.*

20 *Non ſufficit publicum bonum, & publicæ honeſtatis ratio in ll. ſtatuendis, niſi & poteſtas in legiſlatore concurrat.*

21 *Quamuis Eccleſiaſtici Regem habeant communem cum laicis ſuperiorem, non tamen ſuperioritate, quoad ipſos coactiua, ſed directiua tantum.*

Nec conueniri poſſunt, præterquam coram ſuo ſuperiore Eccleſiaſtico.

22 *Vtilitas publica temporalis, quando pugnat cum ſpirituali, ſeu Eccleſiaſtica, illa huic cedit, & hæc eſt præferenda, & num. 31.*

23 *Nuſquam reperitur exercitium charitatis, diuitias minuiſſe, ſed oppoſitum experientia comprobat, & num. 32.*

24 *Priuatorum pacta ad præiudicium Eccleſiæ non valent; & minus vbi de alienis bonis diſponitur.*

25 *Dom. Veneti in Rebus ſubditorum iuriſdictionem, & protectionis ius; non autem Dominium habent; vt & de alijs Principibus dicitur.*

26 *In acquirendis, an Eccleſiæ præiudicari poſſit, & in incorporalibus (quale eſt ius ipſum acquirendi) & quando Eccleſiaſtica libertas lædatur.*

27 *Differentia, an de acquiſitis, an verò de quærendis agatur, in ſtatutis lædentibus libertatem Eccleſiaſticam communiter reijcitur.*

28 *Statutum, nè bona ingredientis tranſeant in Monaſteriū, & conſuetudo ſuper hoc vigens in Gallia, quomodo procedat.*

29 *Prælatus, licet poſſit non acquirere Eccleſiæ, de ſuo tamen tenetur eam conſeruare.*

30 Argumentum ab æquitate tit.li, quod quiſq; iuris, quo conſultores ʋtuntur, ex diuerſitate terminorum, aduerſus Eccleſiam non procedit.

31 Vt bona ad Eccleſias tranſeant, publicam reſpicit vtilitatem.

32 Diuitiæ non minuunt priuilegium Eccleſiæ, & cauſam in futurum Eccleſijs, & Eccleſiaſticis acquirendi.

33 Seculares poſſe ad beneplacitu in ſubditos diſponere, licet ſequatur damnum Eccleſiæ, præter intentionem; argumentum minimè difficilis ſolutionis.

34 In ſuo quiſq; facere poteſt, etiam ad damnum alterius, non tamen, vt tollat ius quæſitum. Sicut vicinus in ſuo facere, per quod tollatur ſeruitus vicino debita, non poteſt.

35 Poteſt quiſq; in ſuo facere, quod vult, dummodo non immittat in alienum, & vbi pares ſunt termini vtilitatis priuatæ cum priuata; Non ſic in terminis priuatæ cum publica, vel temporalis cũ Eccleſiaſtica concurrentis.

36 Ordinata charitas dici non poteſt, vbi ſpiritualia temporalibus poſtponuntur.

37 Temporalis Reſp. aduerſus aliam temporalem ſe iuſtè tuetur, at non contra Eccleſiam.

38 Principes ſeculares præciſè, & ex debito eorum officij, tenentur Eccleſiam tueri, & ab hoc officio deficientes poſſunt, etiam Principatu deponi.

39 Statuta qualia ſunt Venetorum, de quibus agitur, de facto, non autem de iure ſeruari dicuntur.

40 Card. conſ. 144. & Federic. con. 85 non repugnant, præſertim, vbi de magna læſione Eccleſiæ tractatur.

41 Obſeruantia irrationabilis, qualis eſt Eccleſ. libertati derogans, tantò odioſior eſt, quantò diutius eius proceſſit abuſus.

42 Auctoritates pro validitate dicti Decreti à conſult. Reip. cumulatæ, aut non ſunt in terminis, aut omninò contra communem opinionem.

43 Secundum edictum de non ædificandis Eccleſijs, vel non habendir cœtibus Religioſorum ſine licentia Principis, Eccleſiaſticam libertatem vſurpare dicitur.

44 Argumenta pro hoc edicto à conſult. Reipubl. inducta, ſigillatim refelluntur.

45 Tertium Decretum, quo Eccleſiaſticæ perſonæ à ſeculari, ſeu laica poteſtate iudicari, ac puniri permittuntur, extra omnem dubitationem, innalidum dicitur.

46 *Exemptio Clericorum (ex com. ſententia) de iure Diuino eſt, ita, vt à Principibus ſecularibus, etiam ſupremis iudicari, aut puniri nequeant.*

47 *Exemplis Chriſti, & Petri à conſult inductis facilè reſpondetur, vt & de alijs.*

48 *Exemptionis Eccleſiaſticorum violatores, maximè libertatem Eccleſ. lædunt, cui præiudicat omnis coactio in Clericos.*

49 *Priuilegium Pau. PP. III. ex defectu voluntatis, ex narrataq́; falſa immemorabilitate, quam non habebant, non prodeſt.*

50 *In materia odioſa, Clericorum appellatione, Abbates, & Canonici non comprahenduntur.*

51 *Ex iuramento Iulio PP. II. preſtito, perdita eſſe dicuntur, ſi quę priuilegia, eo tacito DD. Veneti obtinuerunt.*

52 *Priuilegium per abuſum ammittitur.*

53 *Cauſæ cognitio non eſt neceſſaria in notorijs, quando præſertim cũ ſuperiore agitur.*

53 *Immemorabilitas iudicandi Clericos, inconſulto Summo Pontif. minimè in facto probabilis eſt, & Decia. Vtinen. profeſſor in Pataui. Gymnaſio contrarium teſtatur.*

55 *Conſuetudo iudicandi Clericos à laica poteſtate inducta, minimè tollerabilis eſt, ad præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ.*

56 *Cõſuetudo talis minus pręiudicat, quæ ſępius interrupta probatur.*

57 *Immemorabilitas eius minus prodeſt, vbi de certa, & deliberata patientia Sum. Pontificis in talibus non conſtat, nec ius aliquod tribuit.*

58 *Poſt aduentum Chriſti poteſtas iudicandi Clericos, ſi qua apud Principes ſeculares reperitur, de facto tantùm, ſeu ex vſurpatione, procedit.*

59 *Imperator Federicus talem vſurpationem recognoſcẽs eã dimiſit.*

60 *Summi Pontifices, & Concilia Generalia poteſtatem laicis auferre poſſunt, ſi quam vſurpatam habere reperiantur.*

L A V S D E O.

Statue ſeruis tuis eloquium in timore tuo Domine, vt non confundantur. *Pſal.* 118.

REM non nouam, neq; inſolitam aggredimur;
ſed antiquis Collegij noſtri Iuris Cæſarei, Pa-
1 tribus, & anteceſſoribus olim placitam; † qui
grauiter, & ſuccinctè reſponderunt apud An-
char. conſ. 13. & 14. ſtatuta quædam commu-
nis Spaleti, non valuiſſe; quibus certè non ita
religionis cultui, immunitati, ac libertati Ec-
cleſiaſticæ, Pontificiæq; poteſtati derogabatur; quemadmodum
2 nonnullis Reipub. † Venetæ decretis, de quibus infra. Rem quo-
que non minimam; ſed in omni penè corpore iuris, tùm Pontifi-
cij, tùm Cæſarei effuſam; dum veris, ac ſolidis canonum, & le-
gum auctoritatibus, concludere ſperamus; Venetorum decreta
inualida prorſus; ad nutum Beatiſs. Pauli V. Trini, vniusq; Dei,
complacentia, Summi Pontificis electi, reuocari debuiſſe; quod
vt faciliùs conſequamur, ſupponendum nobis aliquo modo puta-
3 mus. Quòd † quamuis duæ ſint poteſtates ſpiritualis quidem, &
temporalis diſcretæ; illæ tamen non ità diſiunctæ ſunt, vt Con-
ſultores Reipub. opinantur, quaſi ſola ſpiritualis reſideat in Sum-
mo Pontifice; temporalis verò in Regibus, & ſecularibus Princi-
pibus; ſed ambas immediatè à Deo in Summo Pontifice conſtitu-
4 tas; † apud quem propterea ſpiritualis reſidet habitu, & exerci-
tio; temporalis verò habitu tantùm; exercitio translato in Reges,
& Principes ſeculares, extrauag. vnam ſanctam, de maiorit. &
obed. inter communes; vbi Bonifac. manifeſtè aperiens id, quod
præſenſerat in proem. ſexti, duos profitetur Eccleſiæ, & in eius po-
teſtate gladios, ſpiritualem pro Eccleſia, materialem verò, qui
manu Regum, & militum ad nutum, & patientiam Sacerdotis,
exercetur; & ne quis putaret gladiorum, poteſtatumq; diſtinctio-
nem ſimpliciter, & abſolutè accipiendam, ex can. quoniam, 10.
diſt. ex can. cum ad verum, & ex can. duo ſunt, 96. diſt. addit Bo-
nifac. hæc verba. Oportere gladium eſſe ſub gladio, & tempora-
lem poteſtatem ſubijci ſpirituali; diuina quippè, & irrefragabili
ratione; ne quid ſcilicet à Deo inordinatũ procederet; quin etiam
ſubdit, quòd ſpiritualis poteſtas, terrenam inſtituere habet, & iu-
dicare, ſi bona non fuerit, idem quoq; inſinuauit Innoc. tertius in
c. ſolitæ, de maiorit. & obed. & in c. per venerabilem, qui fil. ſint

legiti-

legitimi, & ita communiter DD. tenent in can. omnes, 22. diſt. vbi gloſ. in verb. cęleſtis, Gemin. in verſ. item nota, Præpoſit. ſub nu. 1. in 2. notab. & latius in c. cum ad verum, 96. diſt. vbi etiam Turrecrem. in fin. 8. col. verſ. ex quibus, &c. hæc verba notanter addit, Romanus Pont. apicem habet poteſtatis, tàm ſpiritualis, quàm temporalis, licet temporalis non in omnibus, nec ſecundum eundem modum, ſecundum quem habetur à Principe ſeculari; ſed modo digniori, ſuperiori, & perfectiori, &c. Scrib. omnes in c. nouit, de iudic. Hoſtienſ. in princ. ſecundæ column. verſ. Sed videtur, &c. Io. Andr. num. 39. Bellamer. num. 13. & 14. Butr. nu. 72. Abb. num. 11. & ſeq. Barbat. num. 122. & ſeq. Dec. ſub nu. 7. verſ. additis, Imol. de communi, num. 1. & 14. idem Præpoſit. in c. cauſam quæ, il ſecondo, poſt gloſ. in verſ. ad Regem, &c. qui fil. ſint legit. & ibi Butr. num. 8. & Alex. de Neuo nu. 9. Nicol. de Mileo in verſ. Papa non ſolù, &c. & lauſſimè Auguſt. Triumph. in tract. de Eccleſiaſt. poteſt. quæſt. verſ. Sed quòd poteſtas temporalis, &c. Stephan. Aufrer. ad clem. prim. de off. ordin. num. 40. cum ſeq. Rodulph. Cuperſ. de ſacroſ. vniuerſali Eccleſia ad can. oportebat, 75. diſt. art. 7. incip. iure diuino Papam, fol. 48. qui pleniſſimè ſatisfacit omnibus contrarijs; Bart. in l. 1. §. præſides, num. 4. ff. de requiren. reis, & clarius in tract. ad repraimen. verſ. totius orbis, &c. nu. 9. dicens, quod aduemente Chriſto, Romanorum Imperium cępit eſſe Chriſti Imperium; ideoq; apud eius Vicariū eſſe vtrun-
5 que gladium ſpiritualem, & temporalem. Hanc † veritatem pluribus agnouit ipſe Peregrin. lib. 1. de iu. fiſc. tit. 2. num. 20. cum
6 pluribus ſeqq. quam certè † non oppugnant, quæ in contrarium adducuntur; & præſertim ab eodem Pereg. ex D. Bernard. in lib. 2. de conſiderat. ad Eugen. ſiquidem non ſolum ſpectandū eſt, quid loquatur D. Bernard. ſed ad quid; ideo enim illud dixit, vt oſtenderet Papam ſine neceſſitate, non ſe debere adeò immiſcere temporalibus, vt ſpiritualibus vacare non poſſit, & ſic negat exercitium, vbi neceſſitas non poſtulat, non habitum; quod facilè nobis colligere eſt ex verbis, quæ ſequũtur, poſt verba relata à Conſultore, quid fines alienos inuaditis, quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? non quia indigni vos, ſed quia indignum vos talibus inſiſtere, quippè potioribus occupatos, &c. Id etiam ſuperius ſentire viſus eſt; dum ait. Et quid vis me facere (inquis) vt tibi ab his occupationibus parcas; impoſſibile fortaſſe reſpondebis; facilius Cathedræ vale dicere poſſes. Rectè hoc ſi rumpere, & non magis interrumpere iſta hortarer, &c. quod verbum interrumpe-

rumpere, inſinuat Pontificem omninò non debere implicare ſe ſe negotijs ſecularibus; ita vt ſpiritualia deſerat; quin etiam contrarium prorſus aſſeruit idem Bernard. in eod. tract. de conſiderat. lib.4.col.3.ibi, Vterq; ergo Eccleſiæ & ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis; ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercendus; ille ſacerdotis; is militis manu; ſed tamen ad nutum ſacerdotis, & iuſſum Imperatoris,&c. Turrecrem.non merebatur allegari, eo quòd ſentit contrarium, nec dùm in d. can. cùm ad verum; ſed etiam in loco allegato de Eccleſ.lib. 2.cap. 114.cum ſeq. Bald. in l. 2. C. de ſeruit. de hoc nihil dicit, ſub nu. 23. ſed nu.28. ait, Papam habere plenitudinem pôteſtatis in iuriſdictione ſpirituali, ſed non in temporali; non ergo iuriſdictionem in temporalibus negat, ſed eius plenitudinem ob exercitium, quod, vt ſupra diximus, in ſeculares poteſtates tranſtulit.

Prętereà id dicit ex mente Innoc. in c. bonæ, il ſecondo, de poſtulat. prælat. quem allegauerat ſuprà, ſub num. 18. vbi Innoc.affirmat in Papa plenitudinem poteſtatis in ſpiritualibus,non negat tamen in temporalibus, ibi ſub num. 1.in fi.& de ſpirituali tantùm loquitur, ita ſuadente ſubiecta materia, non vt temporalem excluderet; quin etiam Bald. ſecundum impreſſionem Venetam de anno 1586. apud Iuntas, habet hęc verba. Nota, quòd Papa habet plenitudinem poteſtatis in iuriſdictione ſpirituali,non in temporali, ſecundum Innoc.licet malè, vt alibi dixi, quod vtique apparet ex l. Barbarius num. 45. ff. de offic. prętor. vbi loquens de depoſitione Imperij, quæ temporalitatem ſapit; ait Imperatorem habere Papam ſuperiorem, in cuius manum debet deponere Imperium; item in l. reſcripta ſub num. 8. verſ. item habet vtrunq;, &c. ait, Papam habere vtrunq; gladium, allegando can. omnes, & ibi not. 22.diſt.& in authent.ſed omninò num.4. C.ne vxor pro

7 marito, ait † Principibus ſecularibus non eſſe neceſſarias repręſalias, quia in defectu iuſtitiæ Iudicis ſecularis, habent Summum Pontificem, qui ſemper eſt,& alleg.not.in c.nouit, de iudic. Alciat. in l. placet, C.de ſacroſ. Eccl. licet teneat traditionem clauium reſpicere poteſtatem ligandi, & ſoluẽdi; & non iuriſdictionem, ſubdit tamen in Pontifice eſſe plenariam iuriſdictionem, ibi. Ampliſſimæ tamen in pręſentiarum poſſidentur ab Eccleſia, & pręcipuè in exauctorando Principem ſecularem.

8 Et † ex hoc ſuppoſito deducitur falſitas illationis primi Cõſultoris,dum ait, Senatum Venetum non recognoſcere Papam in ſuperiorem in temporalibus; cum omnis poteſtas ſit a Deo; nam

B illud

illud quidem verum eſt, productiuè; exercitio verò nequaquam; quoniam à Summo Pontifice in Principes ſeçulares deriuat, vt ſuprà; oportetq́; vt ipſi recognoſcant Summum Pontificem, in quo eſt habitus eiuſdem iuriſdictionis, cujus ratione, quandoq́; ſe ingerit in exercitium temporalis iuriſdictionis in caſibus cõmemoratis ab Abb. Barb. & Felin. in d. c. nouit; & ab ipſo Pereg. de iu. fiſc. d. tit. 2. & ad rem noſtram, in caſu notabili apud Molin. de iuſt. & iu. tract. 2. diſput. 29. in 3.[a] concl. vbi formaliter inquit, ſupremam poteſtatem temporalem eſſe in Pontifice, quantùm poſtulat finis ſupranaturalis, ad quem tendit ſpiritualis, ita vt temporalis famuletur ſpirituali, quam exercet, quandò Principes ſeculares deuiant in eorum regimine ab eo, quod poſtulat finis ſupranaturalis, & quid facerent, quod cederet in detrimentum Eccleſiæ,

9 † & quando legem ferrent, quæ cederet in graue detrimentum ſubditorum ipſorum Principum; vel peccata fouerent, & ad hæc Molina adducit auctoritatem plurium Theologorum, vt per eum; quæ omnia cadere in edictis, de quibus agitur, cõſtabit ex dicendis inferiùs.

Et hæc quoad ſuppoſitum ſufficere arbitramur; quæ enim ex hac duplici poteſtate perperam intellecta, infert tertius Conſultor opportuniori loco, confutanda relinquimus.

Nunc verò ad oſtendendam decretorum inualiditatem accedamus;

10 † Primi quidem Decreti duæ ſunt partes; Altera, vt immobilia non vendantur Eccleſiaſticis, aut Eccleſijs; Poſtrema, vt non transferantur ſiue titulo donationis, ſiue ex relicto in teſtamento, & vt ita relicta vendantur poſt biennium.

Aduerſus primam partem manifeſtiſſimè pugnat, tex. in c. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. vbi improbatur decretum, ne laici quicquam vendant clericis, aut perſonis Eccleſiaſticis, ſub pœna excommunicationis ipſo iure incurrenda; quia prçſumitur in derogationem libertatis Eccleſiæ; & huiuſmodi prçſumptio, vt ait ibi gloſ. fundatur in dolo; qui colligitur ex eo, quòd fiat fraus legi de perſona in perſonam, ſiquidem fit mentio de laicis, & intentio dirigitur ad religioſos, quibus ex decreto damnum infertur, gloſ. ibi, ſequuntur DD. & Barbat. in rub. de reb. Eccleſ. alien. vel non, ſub num. 177. in fin. ibi, qui dolus probatur eo ipſo, &c.

Ad hunc tex. euitandum plura quidem ſcripſerunt Signorol. conſ. 21. & Barbat. conſ. 30. num. 10. in 4.° quæ pro Repub. Conſultores adduxerunt, & primò, quòd dolus, & odium in Eccleſiaſticas perſonas in eo tex. apparebat; eo quòd non certa ſpecies

bono-

bonorum vendi prohibita erat, vt in caſu noſtro; ſed omnia bona, vt ibi quicquam vendant, &c. Amplius detegebatur odium, ac dolus ex multiplicatis edictis, quibus laici prohibebantur à clericis emere; quod non contingit hic; quin etiam prohibebantur molere bladum; coquere panem, vel alia exhibere obſequia; vnde videbantur prorſus interdicta ad vitam conſeruandam neceſſaria, quæ non habent locum in caſu noſtro.

Nos verò putamus, intelligentiam illam eſſe veriorem, vt dolus in eo tex. ex eo ſolo colligatur, quod de religioſis expreſſa mẽtio facta erat; tùm quia ita intellexerit ibi gloſſ. quę ab omnibus approbatur; tùm quod huiuſmodi interpretatione accepta, tex. ille redditur magis dubitabilis, l. ancillę, C. de furt. Abb. in c. cum in iure peritus, ſub num. 1. verſ. ex quo infertur, &c. de elect. Socin. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub.

Alia verò prædictorum Signorol. & Barbat. intelligentia, vt tex. ille, ſe fundet in eo; quod omnium venditio prohibita eſſet; 22 non recipitur à DD. qui verba illa, quicquam vendant, &c. diſiũctim intelligunt, non coniunctim Io. Andr. Gem. Anchar. & Fran. ibi, Alex. in l. filiusfam. §. diui, num. 11. & Iaſ. in 1. lect. num. 72. Angel. num. 4. de leg. 1. Anchar. conſ. 155. qui omnes per illũ tex. decidunt, non valere ſtatutum, quo prohibetur venditio rei, vel rei immobilis; vel prohibetur particulare commercium optimè Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. ſub num. 93. dicens non eſſe conſtituendam differentiam in terminis, d. c. fin. an omnia, an aliqua prohibeantur, quando prohibentur vendi Eccleſiæ, vt hic.

Vltima deniq; intelligentia, vt dolus fundetur in multiplicatione decretorum, ex qua videtur reſultare odium in Eccleſiaſticos; nec ipſa recipitur; quandoquidem Gem. & Franc. ſummantes tex. & notabilia colligentes, de illis decretis alternatiuè loquuntur, & omnes in d. §. diui, trahunt eundem tex. ad ſtatuta prohibentia duntaxat alienationem.

Sed quando etiam deciſio illius tex. fundaretur in multiplicatione decretorum; non ideò minus faceret; nam vt admittit ipſe Barbat. d. conſ. 30. procedit etiam ille tex. in ſimilibus, vel maioribus caſibus; Et in caſu noſtro à DD. Venetis multiplicata fuere edicta, longè quidem grauiora illis, de quibus in eo tex. Ibi nàq; ſola venditio prohibebatur; hic verò, & donatio, & relictum ex teſtamento; ibi de re Eccleſię non diſponebatur; hic de re iam Eccleſiæ quæſita ex teſtamento; de iure; necnon pacto in bonis emphiteoticis, vel liuellarijs.

 Ibi

Ibi interdicebantur quædam concernẽtia temporale commercium cum laicis; ne ſcilicet panem coquerent, ne bladum molerent; hic verò interdicuntur ea, quæ commercium etiam ſpirituale cum religioſis concernunt, dum laici prohibentur, ne Eccleſias ædificent, ne cœtus, aut Congregationes ineantur.

Ibi nihil ſtatuitur, quo perſonæ religioſorũ coerceantur, at hic ſecus; dum alio edicto religioſi in delictis ſubijciuntur Iudicibus ſecularibus; Tandem illa edicta dirigebantur ad præiudiciũ Prælatorum, Clericorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum; hic verò ad præiudicium quoque ipſarum Eccleſiarum, quod grauius eſt, Alex. in d. §. diui, num. 11. Felin. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 95.

Reiectis igitur reſponſionibus ad hunc textum, putamus optimè probari, illius auctoritate, huius primi decreti inualiditatem.

Maximè verò aduerſus aliam partem huius edicti facit; nam
11 † quæ donantur, & relinquuntur Eccleſiæ pro anima, ſpiritu Dei relicta dicuntur, §. ſi quis autem clericus, auth. de ſanctiſs. Epiſc. ibi, ſed cum magis putamus, eos talia pro ſalute animæ ſuæ facere, cap. requiſiſti, de teſtam. vbi Abb. in 1. notab. Butr. in cap. 1. de ſepultur. num. 10. in quibus actibus ſacri Canones libertatem requirint; nam quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, cap. licet, de regular. & can. final. 19. q. 2. in fin. ibi, vbi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas, & quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, &c.

12 Inſuper etiam illam partem edicti, qua † clerici coguntur acquiſita alienare poſt biennium, vltrà Bald. auctoritatem in auth. hoc ius porrectum, num. 18. C. de ſacroſ. Eccleſ. oppugnat, tex. in c. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. ibi, nec etiam liceat illis (loquendo de dominis temporalibus) ipſas Eccleſias, vel perſonas ad diſtrahendum, vel alienandum, vel extrà manum ſuam ponendum acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirentur, aliquatenus coarctare, Inualidum ergò dicetur iſtud decretum, quo tollitur laicis libertas donandi, & relinquendi Eccleſijs; necnon Eccleſiaſticis perſonis libertas retinendi relicta; & de illis ad libitum diſponendi.

13 Vlterius, & † nullitas huius decreti ea præcipuè ratione conuincitur, quòd ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, auth. caſſa, C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. nouerint, de ſent. excommunicat. & vtrobique DD. & hoc quidem probare nobis non erit difficilè, ſiquidem tres de hac re circumferuntur opiniones relatæ per DD. in d. auth. caſſa, vbi Paul. num. 7. & in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. vbi

Dec. num. 3. & Felin. ſub num. 68. verſ. expedita, prima quæſt.

Prima, quando Eccleſijs, aut Eccleſiaſticis perſonis auferuntur, quæ ex priuilegio eis competunt, Innoc. in d. c. nouerint, de ſent. excommunicat.

Secunda, quando propter decreta Eccleſiaſtici redduntur timidiores, Bart. & Angel. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non datur.

Tertia, quādo tolluntur ea, quæ de iure communi competunt, & hæc eſt magis recepta opinio, cap. cum terra, de elect. vbi not. Butr. & Imol. Alex. conſ. 211. num. 7. in 2. Dec. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ num. 3. & Felin. ſub num. 68. Calcan. conſ. 7. nu. 14. & ſeq. Grammat. deciſ. 190. num. 13. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 9. §. 10.

Decretum iſtud tollit facultatem acquirendi ſtabilia tit. oneroſo, & lucratiuo inter viuos, & cauſa mortis; & diſponendi de re propria ad libitum; quę omnia de iure communi Eccleſijs cōpetunt, l. traditionibus, C. de pact. l. 1. & vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. dudum, C. de contrahen. empt.

Reddit etiam clericos timidiores, dùm non aliter poſſunt acquirere, vel acquiſita retinere, quàm cum licentia ſuperioris; & dum pœnam adiungit ſi aliter fiat, Alber. de ſtat. part. 2. q. 2. num. 72. ibi, maximè propter pœnæ appoſitionem, &c.

Adimit tandèm priuilegia competentia Eccleſijs in acquirendo inter viuos, de quibus in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. quę innumerabilia ſunt; Roman. latè, in aut. ſimiliter, C. ad l. Falcid. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. ſublata enim facultate acquirendi, neceſſariò quoq; ſublata dicuntur priuilegia acquiſitioni adhærentia, & qui tollit principale, tollit etiam acceſſorium iurib. vulg.

Accedat, quod inter religioſos multi reperiuntur, qui ex priuilegio apoſtolico, poſſunt acquirere, & retinere ſtabilia, vt eſt notiſſimum, & conſtat ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3. quod priuilegium, hoc decreto tollitur, neq; conuenit, vt quod Eccleſiaſticis à ſuis ſuperioribus conceſſum eſt, tollatur à laicis Principibus, nullam in Eccleſiaſticos, & eorum bona iuriſdictionem habentibus, can. continua, can. ſacerdotibus, can. clericus, xj. q. 1. cap. ſi diligenti, de foro compet. cap. quamquàm de cenſ. in 6. & alibi ſæpè.

14 Neque † obſtat, quod verba prohibitionis non dirigantur in Eccleſiaſticos, ſed in laicos exiſtentes ſub iuriſdictione decernentium: quia directè, vel indirectè lædatur libertas Eccleſiæ non

refert,

referet, d. cap. fin. & ibi gloſſ. de immunit. in 6. cap. quanto de priuileg. cap. ſtatutum de hæretic. in 6. etenim verba diriguntur in laicos, ſed effectu coercentur clerici, Paul. in d. aut. caſſa num. 7. Cardin. in cap. perpendimus in fin. 15. col. ibi, item per hoc indirectè, &c. de ſent. excommunicat. Bald. conſ. 51. ſub num. 2. verſ. nam aut opus, &c. in primo dicens, quod ſi onus gabellę ſit annexum contractui, non comprehendit laicos ementes ab Eccleſia, quia per indirectum eſſet contra libertatem Eccleſiæ, eò quod Eccl. tanto minus venderet ob onus, Calder. & Collegium noſtrum apud Anch. conſ. 12. & 13. idem Anchar. 155. ſub num. 7. verſ. eiſdem Eccleſijs, &c. Alex. 111. num. 7. & 119. in 2. Gemin. 74. col. in verſ. ſicut ergo directè, &c. Iaſ. conſ. 161. col. fin. verſ. circa aliam dubitationem, &c. in 2. Bellon. 44. num. 1. & Albe. 8. num. 18. Matanc. diſput. 8. ſub num. 44. verſ. ad ſepultium, &c. Grammat. deciſ. 100. num. 10. & 14.

Et iſtud longè magis procedit hoc caſu, in quo ob correlationem, dùm decernitur de venditore, etiam decernitur de emptore, & dum laici prohibentur vendere, etiam Eccleſiaſtici prohibentur emere, Purpurat. in puncto, in addit. ad Iaſ. in lectura in §. diui, ſub num. 74. in verb. (contrariam) Addentiad Bart. in l. final. §. de exact. tribut. lib. 10. Gemin. in cap. eos in §. clericis col. vlt. verſ. not. bene, de tempor. ordin. in 6. Corn. conſ. 145. num. 7. in 4.

Pariter non obeſt dicere, quod non abſolutè id prohibeatur, ſed cum temperamento, videlicet ſinè licentia; quia hoc non diminuit, ſed auget offenſionem libertatis, Abb. conſ. 83. in primo, Felin. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 96. actus enim petendæ, & concedendæ licentiæ poteſtatis eſt, & iuriſdictionis, nec licentia tendit ad alium finem, quam ad vſurpandam iuriſdictionem Eccleſiaſticam, præſertim in eo, vt religioſi ſtabilia retinere nequeant abſq; licentia; quo maximè libertas ipſa læditur, cap. fin. ibi, non ſolum de alienatione feudorum, ac aliarum poſſeſſionum Eccleſiarum; & vſurpatione iuriſdictionum, &c. de reb. Eccl. alien. vel non, Lap. allegat. 92. num. 4. Alciat. in d. aut. caſſa num. 4. Non enim dici poteſt, eſſe in libertate ille, cui petenda eſt licentia, gloſſ. in Clem. dudum, de ſepult. quæ exponit liberè, ideſt ſine licentia, Abb. in cap. 1. num. 4. de offic. ordin. & in terminis, Cardin. Alban. de immunit. Eccl. nu. 11. Anton. Burgoſ. in rub. nu. 105. & 109. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 25. cum ſeq. ext. de conſtit.

Nec

Nec etiam obſtat dicere, quod non tollatur prorſus Eccleſijs
facultas acquirendi, cum pecunias, & mobilia valde pretioſa ac-
quirere poſſint; & dum pro rebus habent pretium, eſt, ac ſi rem
haberent, l. ſi rem, & pretium, ff. de petit. hæredit.

Nam etiam dicitur lædi libertas prædicta, quando ſimpliciter
reſtringitur; faciunt, quæ diximus ſupra ad cap. fin. de immunit.
in 6. Sayr. in theſaur. caſ. conſcient. lib. 3. cap. 19. ſub num 9. verſ.
& denique, &c. & ſatis eſt, vt fiant clerici deterioris conditio-
nis, quam ſint laici, Anchar. d. conſ. 155. num. 2. & vt clerici op-
primantur, laici verò fiant audaciores, Bald. in rub. de conſtit. nu.
15 3. Illud verò, quod pretium ſuccedat loco rei, procedit in vniuer-
ſalibus, vt notum eſt. Accedat, quod † immobilia ſunt alijs om-
nibus pretioſiora; Cardin. in d. cap. perpendimus, col. 16. in prin.
verſ. & hoc maximè, &c. de ſent. excommun.

Non etiam obſtat, quod iſtud edictum non præiudicet omni-
bus Eccleſiaſticis, fortè quia adſint aliqui ſatis diuites, & alij,
quorum regula non patiatur, vt acquirant, vel retineant ſtabilia;
16 quia † licet prædictum decretum vnam ſolam Eccleſiam, & illius
religioſos afficeret, diceretur nihilominus contra libertatem,
Cardin. in d. cap. perpendimus, in 4. & 5. quæſt. Dec. in d. cap.
Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 12. de conſtit. ea nimirum ratione,
quòd vna eſt Eccleſia vniuerſalis, & vnus thalamus Chriſti; ita
vt dum offenditur vnum membrum, & tota offendatur Eccleſia,
can. quamuis, & ibi Turrecrem. 21. diſt. can. loquitur, & can. ro-
gamus, 24. qu. 1.

Nec ideo minus dicetur contra libertatem; quòd præſeferat
quendam prætextum æquitatis, & vtilitatis publicæ, Dec. in d. c.
Eccleſia Sanctæ Mariæ, ſub num. 55. & num. 161. Doct. omnes in
d. § diui, & dicetur infra, Grammat. d. deciſ. 100. num. 11. &
quòd præiudicet in temporalibus; quia, & in iſtis cauendum eſt,
ne libertas Eccleſiarum lædatur, cap. 1. & cap. non minus, de im-
munit. Eccleſ. cap. fin. de reb. Eccleſ. alienan. vel non, d. cap. fin. de
immunit. Eccleſ. in 6. Sayr. in theſaur. caſ. conſcien. lib. 3. c. 19. n. 9.

17 Opinamur etiam, † inualiditatem huius edicti ſatis cóncludenter
ter inferri ex inconuenientibus, quæ ſequerentur, data illius va-
liditate.

Primum, quòd Eccleſiæ facilè poſſent remanere ſine dote con-
ſiſtente in ſtabilibus, contra can. nemo, de conſecrat. diſt. 1. vbi
Turrecrem. quæſt. 6. gloſſ. in cap. cum ſicut, in verbo, conſecran-
da, & ibi Anchar. de conſecrat. Eccleſ. Bald. conſ. 132. in 3. con-

cludens in puncto, talia edicta non valere, quia ſequeretur, quod Eccleſia non poſſet dotari, neq; ditari.

Secundum, eſſet inconueniens, quod cum religioſorum ſit determinandus numerus, iux. facultatum redditus; vt in Concil. Triden. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3. in fin. & hoſpitalarij teneantur eadem menſura ad hoſpitalitatem, Anchar. in d. cap. cum ſicut, de conſecrat. Eccl. ſi bona aliquo tit. nō poſſet acquiri, neq; multiplicaretur numerus ſeruorum Dei, nec charitas adaugeretur, & ita præiudicaretur cultui diuino, contra expreſſum tex. in cap. ex parte, de conſtit.

Tertium, ſeruato huiuſmodi decreto ſequitur, quod Eccleſiaſtici, quorum religione, magis quam officijs, & labore corporis, Reſpub. laicalis continetur, can. in qualibet, in fin. princ. 23. q. & Illuſtriſs. Bellarm. de exemptio clericorum, cap. vlt. in fin. non ſolum erunt laicis Chriſtianis conditione deteriores, vt anteà dictum eſt; verùm etiam æquiparati Iudæis, qui ex conſtitutionibus ſuperiorum, ſtabilia retinere non poſſunt; quod maximè inconueniens eſt, cum neutiquam ſpernendi, ſed à Principibus laicis, maximo in honore, & reuerentia habendi ſint clerici, can. quis dubitet, 66. diſt. & can. 1. 97. diſt.

Plura verò, quę de libertate Eccleſiaſtica non lędenda, ſcripſerunt doctiſſ. quidam recentiores, nos hic cõſultò omittimus.

18 Sua deniq; † opinio (quam defendimus) etiam auctoritatibus conſtat; cum infiniti propè DD. eam ſequantur in terminis ſtatutorum prohibētium alienationem in clericos, vel Eccleſiam expreſſim; & in fortioribus terminis, videlicet in ſtatutis generaliter prohibentibus alienationem in non ſubditos, moti ex d. cap. vlt de immunit. Eccleſ. in 6. & quia ſi decreta, vel ſtatuta huiuſmodi valerent, læderetur libertas Eccleſ. Hi verò ſunt.

Bart. in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. num. 18 Bald. num. 17. dicēs, ita ſe habere veritatem, & aliàs dixiſſe; Paul. num. 5. Iaſ. nu. 30. & in l. filiusfam. § diui, ff. de leg. 1. Bart. num. 11. & 12 Florian, nu. 21. Angel. num. 4. Alex. num. 11. & 12. Iaſ. in prima lectura num. 72. Ferdinand. Loazes num. 132. Croti. num. 80. Rip. num. 81. Socin. iun. num. 166. & Bologner. num. 200 quorum plures teſtantur eſſe communem opinionem, à qua non recedendum in iudicando & conſulēdo; idem Bart. in l. dudum, C. de contrahen. empt. Io. Andr. in d. cap. vlt. de immunit. in 6. quem ſequuntur Anchar. Gem. & Franc. nec diſſentit Card. in d. cap perpendimus, de ſent. excommunicat. ſi diligenter eius dicta perpendantur;

tur; eumq; ſequitur Opizon in d. §. diui, nu. 83. dicens, ante Card.
eidem quoq; tenuiſſe Salyc. in d. aut. caſſa; Barbat. in rub. de reb.
Eccl. alien. vel non, num. 177. Omnes in d. cap. Eccleſia Sanctæ
Mariæ, & præcipuè Felin. qui de communi teſtatur, nu. 89. Cac-
cialup. in l. omnes populi, nu. 98. verſ. ex prædictis dubitatur, &c.
ff. de iuſt. & iu. idemq; Bald. conſ. 132. num. 3. ſuper ſtatuto, quo
prohibebantur vendi immobilia non ſoluenti gabellam, reſpon-
det, illud non procedere in vendente Eccleſiæ, tribus rationibus,
quarum tertia eſt, quod ſi ſtatutum intelligeretur de locis Eccle-
ſiaſticis, eſſet contra libertatem Eccleſiæ, & non valeret, allegat
Innoc. in cap. nouerint, de ſent. excomm. In conſ. verò 248. in fin.
lib. 2. licet dicat nolle decidere hoc dubium, fatetur tamen pro
Eccleſia eſſe communem opinionem. Et quando de clericis ex-
preſſa mentio facta eſſet, vt hic, tenet non valere ſtatutum, quoad
clericos, apud Anchar. conſ. 11. ſub num. 5. verſ. & hic etiam di-
ſtinguo; ita etiam Calder. conſ. 1. in fin. de conſtit. & Barbat. cõſ.
47. num. 9. in 3.° fatetur hanc opinionem eſſe communem, licet
contrariam teneat, Anchar. conſ. 155. & Collegium noſtrum, iu-
ris Cæſarei apud eum conſ. 14. Corn. 145. num. 5. & 6. in 4.° Abb.
26. in 1. & quando clericus emeret pro Eccleſia, Angel. conſ. 47.
num. 3. Socin. conſ. 14. in 4. Plot. conſ. 19. num. 11. & 12. Alb. conſ.
8. in 1. Rimin. iun. conſ. 15. in 1. Caſſan. Ad conſuetud. Burg. Rub.
9. §. 10. num. 51. Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. ſub nu.
648. verſ. denique leges, &c. vbi teſtatur, laicos non poſſe diſpo-
nere, ne bona immobilia tranſeant in clericos, aut Eccleſias; nec
quod res eis acquiſitæ, breui tempore alienarentur, niſi id fieret
ex conceſſione, vel diſpenſatione Papæ; aſſerens ita in comitijs
Hiſpaniarum ſancitum fuiſſe, Clar. in pract. crim. quæſt. 82. in 5.
ſtatuto; inquit, quod ita tenent omnes, Petr. Pech. de amortiz. bo-
norum c. 6. Tiraq. de legib. connub. l. 8. n. 172.
His ita firmiter aduerſus primum decretum ſtabilitis, vt eadẽ
19 veritas, ſua met firmitate conſiſtens, clarius eluceſcat † operę pre-
tium eſſe duximus, Conſultorum Reipubl. fundamenta penitùs
euertere, quæ quàm leuia ſint, & quàm facilimè reſoluantur, ex
ſubiectis apertiſſimè conſtabit.

Ad primum igitur, quod eſt, vt ob publicum bonum, & hone-
ſtam rationem licuerit Principi ſeculari, interdicere laicis ſubdi-
tis, alienationem abſq; licentia; præſertim quandò id non aduer-
ſatur legi veteris, vel noui teſtamenti; & concurrunt requiſita
ad eſſentiam legis, de quibus in can. erit autem lex 4. diſt. & quod

huiuſmodi ſtatuta includant etiam clericos, ex pluribus inſtantijs concludentibus clericos in hoc communem habere cum laicis Rectorem, & Regem, Sot. de iuſt. & iur. lib. 1. quæſt. 6. art. 2. Molin. de iuſt. & iur. diſput. 31. quę ſunt illationes à tertio Reip. Conſultore deductę; quarū nos cōfutationē ſuperiùs indicauimus.

30 Reſpondemus, † non ſufficere publicum bonum, & honeſtam rationem, vbi deficit poteſtas legiſlatoris, quæ deficit vbicunq; tollitur Eccleſiaſticis, quòd eis communi iure quæſitum eſt; Bal. in l. 1. ſub num. 55. C. de ſum. trinit. vbi improbans Bart. dicentem, quoddam ſtatutum valere, etiam ſuper clericis, quia æquum, & bonum; ait, iſta ratio non valet, quia per hoc non datur auctoritas ſtatuenti, &c. Dec. in d. cap. Eccleſia S. Mariç num. 55. Felin. num. 89. & in d. §. 3. Ruin. ſub num. 92. Crot. ſub num. 80. Soc. iun. num. 168. Alb. d. conſ. 8. num. 10. Surd. conſ. 301. num. 26. & deficiente hac auctoritate legiſlatoris; quæ ſupponitur in d. can. erit autem lex, dici non poteſt; quòd concurrant requiſita ad legem neceſſaria, quorum præcipuam eſſe legiſlatoris auctoritatem, ex D. Tho. refert Rebuf. in proœm. ad conſtit. Gal. num. 61. Inſtantiæ datę non ſunt in terminis procedunt enim in bono publico laicorum, & clericorum; ſed hoc decretum reſpiceret publicum bonum laicorum, & præiudicium clericorum.

Præterquàmquòd non eſt verùm, ijs ſtatutis (vti conditis à laicis) clericos ligari quippe, qui tenentur ea ſeruare vi rationis ſolius; non legis; nec à laicis ſunt arctandi ad obſeruationem eorum; ſed à ſuperioribus Eccleſiaſticis, vel ijs ſaltem conſultis, DD. communiter in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. non minùs de immunit. Eccleſ. Guid. Papa deciſ. 78. Abb. conſ. 13. num. 2. in ſecundo.

31 Dùm verò dicitur, quod † clerici habent communem Regem, & ſuperiorem cum laicis, hoc non eſt verùm, quoàd ſuperioritatem coactiuam; ſed tantùm quoad hoc, vt ratione naturali, clerici ſint ſub legibus, quibus, & viuunt laici; conueniēdi tamen coràm eccleſiaſtico ſuperiore; quo caſu libertas Eccleſiaſtica nō leditur. Ita loquitur Molin. d. diſput. 31. Sot. autem, quod viderimus, de hoc non loquitur, ſed tantùm diſputat, an ad legem humanam pertineat vitiorum omnium cohibitio.

Amplius animaduertendum putamus, non procedere in propoſito hoc argumentum; quia † contrà publicam vtilitatem

32 temporalem, cui innititur decretum, pugnat vtilitas publica Eccleſiaſticorum, vt creſcāt eorum opes, ita vt poſſint augere nume-

rum

rum religioſorum, & honorificentius diuino incumbere cultui; quæ quidem vtilitas, vtpote concernens ius diuinum, præfertur alteri, l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccl. c. bonæ memoriæ, de poſtulat. prælat. & per hæc iura, Bart. in l. 1. in 4. oppoſ. ſub num. 26. ff. ſolut. matrim. quem alij Doct. ibi ſequũtur, quod ab ordine litteræ probat, tex. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur. ibi, publicum ius in ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit.

Poſſumus etiam prętenſam exaduersò publicam vtilitatem inficiari; quam Reipub. conſultores fundant in eo, quod Eccleſiaſtici in eorum bonis, ad munera, & collectas reddunt ſe difficiles; Reſpondetur enim, quòd ſi munera ſunt realia, ad ea quoq; Eccleſiaſtici tenentur, quando ſcilicet bona ſunt affecta, antequam ad eos tranſeant, l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. can. placuit, 16. q. 1. quòd ſi perſonalia ſint, quæ pręſtare publicè intereſt, adhuc religioſi tenentur, compellendi tamen à ſuo Superiore, vt antea diximus, ex cit. l. ad inſtructiones, & d. c. non minus.

Dum ſecundò eam probant, quod maieſtas Principis conſiſtat
23 in ſubditis diuitibus; pro comperto habemus, † nuſquam reperiri, quod exercitium charitatis diminuerit diuitias, nec Imperium Græcorum declinauit; quando Conſtantinus donauit Eccleſiæ, ſed quando cœperunt Imperatores contemnere ſanctam Sedem Apoſtolicam; imò ob edictum hoc, vt ſtabilia non tranſeant in Eccleſias; erit in cauſa, vt numerus religioſorum reſtringatur, & tunc plures mulieres nubentes in ſeculo; quia non poterunt nubere in Domino, maximè extenuabunt diuitias familiarum, & plures fratres, quorum aliqui fortè religionem profiterentur, ſi non eſſet numerus reſtrictus, manebunt in ſeculo, & diſtributis facultatibus in plura capita, ſordeſcet familiarũ decor, qui potiſſimum in eo conſiſtere videtur, vt in paucioribus bona vnita conſiſtant; conferunt ea, quæ de rationabilitate primogenituræ ſcripſit Molina, de Hiſpan. primogenit. cap. 18.

Secundum erat argumentum aduerſariorum, quod quemadmodum priuatus paciſci poteſt, ne bona alienentur in Eccleſiam; & idem etiam teſtator diſponere, ſic multò magis ſtatueres; Cui
24 reſpondetur, immò † pacta priuatorũ non valere ad præiudicium Eccleſiæ, licet contrauenięns pacto, teneatur ad intereſſe, gloſ. in l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit. in verb. permanere, quæ eſt communiter recepta, Iaſ. in d. §. diui, 2.ª lect.ª num. 112. Secundò dicimus in huiuſmodi pacto, homines diſponere de bonis proprijs, in hoc verò decreto DD. Venetos diſponere de rebus ſubdi-

 torum

25 torum ſuorum, † in quos habent iuriſdictionem, & protectionem tantum, non dominium; & hac ratione non tenere argumentum de pacto ad ſtatutum; poteſt enim priuatus, de cuius intereſſe agitur, remittere iuramentum, quod tendit in ſui fauorem, c. 2. de ſponſal. ſed hoc ſtatuto laicorum fieri non poterit, not. in c. cum contingat, & c. vlt. de iureiur. Alex. conſ. 59. nu. 7. in p.° Amplius poſſunt paciſcentes remittere appellationem, l. vlt. §. vlt. C. de tempor. appellat. & tamen non valet ſtatutum, vt appellare non liceat, c. venientes, de iureiur. Tertiò, ex pacto Eccleſia vix læditur, cum retineat ius acquirendi ab alijs; ſed hoc ſtatuto, prorſus ammittit, & de primo ad ſecundum non arguitur, cum agitur de libertate Eccleſiæ non offendenda, vt colligitur ex diſtinctione, Cardin. in d. c. perpendimus, de ſent. excomm. cuius tamen in hac re ſententiam ſatis periculoſam arbitramur, vt infra.

Et hæc omnia ſunt ex mente, Felin. num. 89. & Dec. num. 55. in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, qui alios, Crot. nu. 81. & Ruin. nu. 83. in d. §. diui, ex quibus etiam, Bald. in l. ſi quis ita, C. de pact. inter empt. & vendit. opponens contra illam legem, authent. caſſa, ait, authent. procedere in ſtatutis, quæ præſumuntur facta cōtra libertatem Eccleſiæ, ſecus verò in pactis priuatorum; Et ex his tolluntur; quæ de prohibita alienatione rei dotalis afferuntur; quibus etiam in indiuiduo reſpondent, Ruin. in d. §. diui, num. 94. & ſeq. & Socin. iun. num. 171.

Tertiò, pluribus probatur licere præiudicari Eccleſiæ in acquirendis, & ideo valere ſtatuta, vt bona ingredientis religionem, non tranſeant in Monaſterium, & vt Eccleſia non præſcribat contra laicum. Sed vera eſt reſponſio † in particularibus quandoq; præ-
26 iudicari Eccleſiæ, non in vniuerſum, dum ſcilicet ſtatuitur, ne illis bona vendantur, neuè alio tit. transferantur; ratio differentiæ eſt, quia primo caſu læditur Eccleſia in illo caſu particulari, remanente ei intacto iure quærendi in cæteris; At ſecundo, cum tollitur ius quærendum, tollitur etiam ius acquirendi ſtabilia, quod Eccleſiæ quæſitum eſt, vt in terminis bene probat, tex. in c. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. vbi prohibentur contrà libertatem Eccleſiaſticam imponi taliæ ſuper bonis Eccleſiæ acquiſitis, vel acquirendis, & ita nec in acquirendis præiudicari poteſt Eccleſiæ in ijs, in quibus immunitas eius conſiſtit; hoc etiam ſentit, Abb. conſ. 26. in fin. lib. 1. Etenim in iuribus quoq; incorporalibus, vt eſt ius acquirendi, libertas Eccleſiaſtica læditur, Alex. de Neuo in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. num. 15. inquiens, ſtatuta dici contrà li-

 berta-

bertatem Eccleſiæ; per quę infertur damnum Eccleſiæ ſuper iuribus ad ea pertinentibus,& ita indiſtinctè de iuribus loquitur,&
27 ex his † differentia,an de quæſitis,an de quærendis agatur,in ſtatutis lædentibus Eccleſiæ libertatẽ communiter reijcitur,Cagnol. in l.fin.num.89.& Bolog.ſub num.105.ad fin.ibi,& differentia, Bart. de iure quæſito,&c.C.de pact.
28 Quod verò dicitur de ſtatuto, † ne bona ingredientis tranſeãt in Monaſterium, damnatur ab Angel.in d.l.fin.col.1. verſ. ſed tu dic,&c.& quidem communiter, Dec.in d.cap.Eccleſia S.Mariæ, ſub n.49.Cagnol.& Bologet.in d.l.fin loco ſupra citato, Alex.cõſ. 139.nu.13.in ſecundo. Socin. conſ.183.io fin. 2.col.verſ. & licet in ſtatuto,&c.in 1.º Et quando contraria opinio verior eſſet,nihilominus tali ſtatuto non tolleretur in totum ius acquirendi, vt hic;& quamuis in Gallia ſeruetur, vt Monaſteria non ſuccedant, id tamen non eſt vi ſtatuti coactiua, ſed eſt conſuetudine promiſcua laicorum, & religioſorum, vt benè declarat Guil. Benedicta in cap. Raynutius, verſ.& vxorem,&c.ſub num.225.de teſtam.

Validitas alterius ſtatuti de præſcript.(ſi forte admittẽda erit) nihil nocebit; quia non aufert ius acquirendi alijs modis,ſed tantum præſcriptione ſatis odioſa, inſtantijs filij,ſerui,& prælati non inſiſtimus; quia licet in ſingularibus poſſint præiudicare non acquirendo, nequeunt tamen in vniuerſum,patri, Domino,vel Ec-
29 cleſiæ facultatem acquirendi adimere. † In prælato non eſt omittendum, quod licet poſſit non acquirere, nihilominus de ſuo tenetur conſeruare Eccl.indemnem, gloſſ. in can.2.12.q.4.in c. fin.16.q.6.Abb.in cap. 1.nu.9. de integr. reſtit.

Quartum fundamentum innititur ęquitati tit. quod quiſq; iu-
30 ris, † vt quemadmodum Papa diſponit, vt bona Eccleſiæ nõ poſſint alienari in laicos, ſine eius licentia; ſic Princeps ſecularis ſtatuere poſſit, ne bona laicorum, abſq; eius licentia, alienentur in clericos; quaſi hoc edictum relatiuum ſit ad cap. hoc conſultiſſimo,de reb.Eccl. alien.vel non, in 6.

Sed nihil, aduerſus Eccleſiam; quia diuerſi ſunt termini, nam ideò non poſſunt clerici alienare ſine licentia Superioris, quia ſunt tantum adminiſtratores cap. expedit,cap.videntes,&c.cap. res Eccleſiæ,12.q.1. l. iubemus nulli, C.de ſacroſ. Eccl. laici verò ſunt domini bonorum ſuorum, l. in re mandata, C.mand. Quòd res ſacræ fiant profanę, eſt quid odioſum; quod profanę fiant ſacrę, fauorabile; primum tendit ad deſtruendum cultum diuinũ; alterum verò ad conſtruendum. Summus Pontifex maiorem ha-

bet

bet poteſtatem in clericos, & bona Eccleſiæ, quam habeant Principes in bona ſubditorum; Cum laici dant Eccleſiæ, res ad ſui naturam reuertuntur, quæ à Deo prouenerunt, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. ſi verò ab Eccleſia in laicos bona tranſeant, non æque; Hæc terminorum diuerſitas inde naſcitur, quod conſultores; & ante eos, Barbat. d. conſ. 30. in 4. non ſeruant regulas argumentandi, dùm conferunt bona ſubditorum ſuorum, de quibus edictum loquitur, cum bonis Eccleſiæ; oportebat enim bona particularia laicorum conferre, cum bonis proprijs patrimonialibus clericorum; vel bona Eccleſię, cum bonis Reipub. & tùc cognouiſſent ex parte Eccleſiæ ſeruari ęquitatem edicti; quod quiſq; iuris, non ſeruari autem à parte Reipub. in hoc edicto; quia ſi bona Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine licentia Summi Pontificis, qui eſt in terris Vicarius Chriſti, cuius ſunt ipſa bona; ita nec bona Ciuitatis, & Reipub. alienantur de iure, ſine licentia eius, qui Reip. præeſt, vel eorum, qui totam Remp. repræſentāt, l. fin. C. de venden. reb. ciuit. lib. 11. Loſæus de iure vniuerſit. par. 3. cap. 5. quod dubitandum non eſt ſeruari apud DD. Venetos, qui ſummo ſtudio curant Reipub. conſeruationem. Si verò bona propria clericorum ſpectaſſent Conſultores, quemadmodū Summus Pōtifex permittit, vt ea alienari poſſint etiam in laicos, abſq; licentia; ita quoq; ex æquitate huius tituli, quod quiſque iuris, Senatus permittere deberet, vt laici poſſent abſq; licentia, in religioſos alienare.

Ad quintum fundamentum, † quod vtilitas publica, ne laici
31 nimis onerentur collectis, pręferri debeat priuatæ clericorū, Iam ſatis, ſuperq; reſponſum eſt; quod vt bona ad Eccleſiaſticos tranſeant, reſpicit publicam vtilitatem; maximè ſi ad Eccleſias; quæ vtilitas præfertur vtilitati publicæ profanæ: & clerici ſi non grauantur collectis, quibus tamen quādoq; grauari probauimus antea; grauantur ſaltem pluribus alijs oneribus Eccleſiaſticis, directis ad bonum ſpirituale laicorum.

32 Sextum fundamentum, † vt ob diuitias, quas ex ſucceſſu temporum, obtinuerunt Eccleſiæ; reuocanda forent priuilegia acquirendi. Non ſuſtinet edictum; quia quo magis diuitiæ creſcunt, magis etiam creſcit eleemoſinarum onus, & cura multiplicādi numerum religioſorum; Non enim poteſt dari exceſſus diuitiarum in Eccleſia, in qua omnis immenſitas, dicitur optima menſura, §. ſumus, auth. de non alien. reb. Eccleſ. Præterea edictum eſt generale, ita vt etiam afficiat Eccleſias non abundantes opibus; &

quando

quando ſuperiores Eccleſiaſtici conceſſerunt, vt Eccleſiæ haberet ſtabilia, vtiq; poterant hæ diuitiæ præuideri; ideo non poteſt allegari nunc huiuſmodi ratio ad tollendam conceſſionem, Alb. d.conſ. 8. ſub num.20. Tandem quicquid ſit, laicalis vtiq; iuriſdi-
33 ctionis non eſt, huic rei prouidere, can.videntes, in fin. 12.q.1.

Septimum fundamentum, quod † Reſpub. poſſit in ſubditos diſponere ad beneplacitum etiam, quod ſequatur damnum Eccleſiæ præter intentionem; quemadmodum priuatus in loco ſuo ędificare poteſt, etiam quod pręiudicet alteri, dum tamen id non faciat ad æmulationem; & quod prima charitas incipit à ſe ipſo, l. præſes, C. de ſeruit. & aqua; & quemadmodum Eccleſia, ita, & Reſpub. poſſit ſua tueri iura; Non eſt difficilis ſolutionis; In pri-
34 mis, † quoniam in ſuo quis facere poteſt, etiam ad damnum alterius, non quidem, vt tollat ius quæſitum; quare non licet vicino aliquid facere, per quod tollatur ſeruitus vicino quæſita, l. altius, C. de ſeruit. & aqua.

35 Vlterius † vulgare eſt, quę poſſe in loco ſuo facere, quod vult, dummodo non immittat in alienum; ita etiam Reſp. poterit facere in ſuos ſubditos, dummodo non tangat ſubditos iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vt tangit præiudicando, quando de illis mentionem expreſſam facit; vt ſupra.

Pręterea iſtud argumentum procedit, datis paribus terminis, hoc eſt concurrente priuata vtilitate, cum alia priuata; ſecus eſt concurrente priuata cum publica, tunc enim non licet etiam in ſuo ad priuatam vtilitatem quid facere, ex quo ſequatur læſio vtilitatis publicæ; neq; hoc caſu intrat regula, l. præſes, C. de ſeruit. & aqua, Rebuf. de priuileg. ſcol. priuil. 8. idem eſt, dato concurſu publicæ vtilitatis profanæ, & diuinæ; cum eadem proportio prælationis, quæ eſt inter priuatā, & publicam vtilitatē profanam, ſit etiam inter diuinam, & profanam publicam; vt probauimus ſu-
36 pra, ad primum fundamentum; Nec † poteſt dici illa ordinata charitas, per quam ſpiritualia poſtponuntur temporalibus; Tan-
37 dem eodem modo (datis paribus terminis) vna † Reſpub. temporalis tuetur iura ſua aduerſus Rempub. temporalem; ſed quod temporalis Reſpub. tueatur iura aduerſus Remp. Eccleſiaſticam,
38 non eſt admittendum; cùm † Principes ſeculares non ad benè eſſe, ex quodam ordine charitatis (vt opinantur aduerſarij) ſed pręcisè, & ex debito eorum officij, teneantur Eccleſiam tueri, can.

39 Quòd † ſimilia vigeant ſtatuta pluribus in locis, & ſeruentur; Dicimus id eſſe de facto, quod indicat Gail. qui obſeruat. 32. in 2.° prius dicit eſſe communem opinionem, vt hæc ſtatuta non afficiãt clericos; poſteà ſubdit contrarium in Germania ſeruari; Itaque ſi communis opinio habetur pro veritate iuris, iux. not. in c. ne innitaris, de conſtit. ergo, quod in contrarium ſeruatur, eſt de facto, quod allegare, aliud non eſt, quam allegare inconuenientia, de quibus conqueritur Papa in c. clericis, de immunit. in 6. dicens, quod nonnulli Eccleſiarum Prælati, Eccleſiaſticęq; perſonæ trepidantes, vbi trepidan. non eſt, tranſitoriam pacem quęrentes, plus timẽtes maieſtatem temporalem offendere, quam ęternam, abuſibus præiudicantibus libertati Eccleſiaſticæ; non tam temerariè, quam improuidè acquieſcunt; Et in ſpecie abuſus Regni Luſitaniæ, de quo per tertium Reipub. conſultorem, fuit quidem ille ab initio improbatus, etiam vſq; ad excommunicationem Regis, & interdictum Regni; & deinde reuocatus; licet poſteà cum cõſenſu Papæ, noua lex facta fuerit, quam refert, Molin. diſput. 140. & de hoc ſcripſit Cęlius de libert. & immunit. Eccl. in fi. vnde in propoſito non ſeruit hæc lex Regni.

40 Ad † auctoritatem Zabarel. conſ. 144. etiam ex mente Federici de ſen. Reſpondemus Zabarel. nihil firmare; ſed potius remittere ſe ad tradita per eum, in c. perpendimus, vbi tribus, aut pluribus in caſibus, de quibus in diſtinct. ab eo propoſita, mirificè fauet opinioni noſtræ.

Federic. autem, qui debebat allegari conſ. 85. licet ponat caſum à quęſtione noſtra diuerſum; quia tamẽ ſuſtinet ſtatuta, data modica lęſione reprobatur; etenim ſiue magna, ſiue modica ſit leſio Eccleſiæ non ſuſtinetur, Io. Lup. tract. de libert. Eccleſ. par. 1. qu. 8. num. 2. verſ. Nam ita lęditur libertas, Surd. conſ. 38. nu. 26. in fin. verſ. & in hoc non curo, & num. 27.

Præterquàmquòd dicimus ex paſſiua inhabilitatione, nullum reſultare pręiudicium Eccleſiæ regulariter; ſed fauorem, at ex actiua ſecus: Neq; vęrò cadere poteſt in Eccleſiam inhabilitatio, quin ei præiudicetur, quod fieri non poterit pręſertim à laicis, qui ſuper ea nullam ſtatuendi poteſtatem habent, d. c. Eccleſia S. Mariæ, & d. c. final. de immunit. Eccl. in 6.

Ad id, quod priuilegia pro temporũ diuerſitate variari debent; Reſpondetur illationem non adaptari; eò quod laici priuilegia Eccleſię mutare nõ poſſint, cuius libertas diuini iuris eſt, cap. 20. de reformat. in Concil. Trident. ſeſſ. 25.

Nullum

Nullum etiam infirmius argumentum adducitur eo, quod ſumitur ab † obſeruantia. Quandoquidem irrationabilis eſt obſeruantia, quæ libertati derogat Eccleſiaſticæ; gloſſ. in cap. fin. de conſuetud. eoq; odioſior, quo diutius eiuſdem proceſſit abuſus, Rot. in antiq. de conſuet. deciſ. 10. num. 4. veritati enim cõſuetudo (tametſi vetuſta) minimè præiudicat, can. ſi conſuetudinem, 8. diſt.

41

42 Ad † auctoritates cõtrarias ſatisfactũ putamus, eo ipſo; quod oſtendimus contra eas ſtare communem opiniónem, & præſertim cùm oſtenſum fuerit Bald. ſibi contrarium fuiſſe, & teſtatũ quandoq; veram, & communem opinionem eſſe pro Eccleſia; quicquid in ſpecie contra eam ſcripſerit in conſ. 11. quod eſt contrarium conſilijs Collegij noſtri, Calder. & Anchar. in d. conſ. 155. & in c. 1. nu. 169. de conſtit. extat communis opinio, de qua Iaſ. in l. quo minus, num. 156. ff. de flumin. Barbat. quandoq; probauit opinionem noſtram, vt in conſ. 65. num. 11. in 4. quandoq; confeſſus fuit communem opinionem eſſe contra eum, & varius fuit, quãdo de Eccleſia eſt facta mentio; vt interimmittamus, quę de illius auctoritate ſcripſit Roderic. Suarez. ad l. primam de las Ganancias, num. 44. Felin. in cap. cœterum, ſub nu. 10. verſ. quarta ſolutio, &c. de reſcript. quod deſiderio impugnãdi communes opiniones, delirauit.

Iac. Butrig. in l. aſſiduis, C. qui potior. in pignor. habean. reprobatur ab Angel. & Florian. in d. §. diui, & à Bald. in aut. caſſa num. 2. C. de ſacroſ. Eccle. Signorol. in conſ. 21. reprobatur ab Alber. in eodem caſu ſcribente, & reſpondente eius argumentis, par. 2. de ſtatutis, quæſt. 2. nec facit contrà noſtram opinionem, quatenus in fine dicit, valere ſtatutum, quod ſubditi non alienent ſine licentia Principis, quia cum non ſit facta mentio de perſona, in quam debeat fieri alienatio, nihil poteſt dici cõtra libertatem Eccleſiaſticam; licet nec iſtud tranſeat abſq; difficultate, apud Card. in d. cap. perpendimus, dum putat licentiã eſſe ſolemnitatem difficilem, Crot. & Loazes in d. §. diui, tenẽt opinionem noſtram, licet allegentur contrà. Pariter Opizon. ibi-

cadunt ſub capitibus diſtinctionis, Card. in d. cap. perpendimus; Aliqui etiam ſunt, qui licet teneant contra Eccleſiam in ſtatutis generalibus; quando tamen in illis eſt facta mentio ſpecialis de Eccleſia; vel de Eccleſiaſticis, cedunt; & in ſpecie, Bald. d. conſ. 11. apud Anchar. Calder. de conſtit. conſ. 21. Barbat. in d. rub. de reb. Eccl. num. 177. Alij etiam licet diſputando teneant contrà Eccleſiam, fatentur tamen habere contrà ſe communem opinionem, vt Iaſ. in ſecunda lectura d. §. diui.

Hæc quoad primum decretum ſufficere arbitramur.

43 Quantum ad ſecundum edictum † de non ædificandis Eccleſijs, vel habendis cœtibus religioſorum, ſine licentia Principis, & Senatus; nobis non eſt laborandum, vt oſtendamus auctores edicti vſurpare iuriſdictionem ſuperiorum Eccleſiaſticorum propriam; quia de hoc ſunt apertiſſimi tex. in can. omnes, 22. diſt. can. benè quidem, in fin. & can. ſi Imperator, 96. diſt. can. omnes baſilicæ, cum tribus ſeqq. de conſecrat. diſt. 1. cap. 2. de Eccl. ædifican. cap. fin. de religio. dom. & cap. 1. eod. in 6. cum alijs tex. quos ommittimus, quia pro omnibus ſeruit Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3.

44 Quæ contrà adducuntur † nihil obſtant, Bart. in l. 1. ff. de Colleg. illicit. & Innoc. in cap. dilecta, de exceſſib. prælat. non loquuntur de Collegijs religioſorum, ſed laicorum, quę ſunt à Principe ſeculari probanda; & licet Innoc. loquatur de Collegijs congregatis religionis cauſa, non tamen loquitur de Collegijs religioſorum, ſed laicorum, videlicet ad iuuandos oppreſſos, vel ad faciendum elæemoſynas; ita ipſe Innoc. explicat.

Quòd priuatus non cogatur vendere fundum, vt in eo Eccleſia conſtruatur; & quod paciſci poſſit, ne in ſuo Eccleſia ponatur, l. 2. ff. de religio. & l. final. C. de pact. inter empt. & vend. Procedit in priuatis, qui regulariter ad bonum non compelluntur; aliud eſt in ſtatutis ſeruiunt ea, quæ in pręcedenti edicto diximus ad ſecundum contrarium; aliàs ſi procederet iſtud argumētum ſequeretur, quod ſi Dom. Veneti ſtatuiſſent in ſtatu eorum, Eccl. non ædificari; quòd ſtatutum valuiſſet, quò nihil abſurdius excogitari poteſt.

Illud, quod Princeps id ſtatuerit, non vt derogaret iuriſdictioni Eccleſiaſticę, ſed pro bono publico, ne in loco ſuſpecto, & apud fortilitia ędificentur Eccleſiæ, & ne prætextu boni, & quæſito pietatis colore, pernicioſæ ſocietates ineantur; ſed vt Princeps intelligat, an à Summo Pōtifice ſint approbatæ; Non excuſat, ſed ac-

cuſat edictum, quia eſt, iuriſdictionem Eccleſiaſticam vſurpare.

Dicere, eſſe contrà libertatem Eccleſiaſticam, facere edicta de Monaſterijs, & Eccleſijs iam ædificatis; non autem ædificandis; nihil eſt; nam & illud, & iſtud pariter in derogationem iuriſdictionis ſpiritualis cedere, ac ponere falcem in meſſem alienam; ex ſuperioribus ſatis, ſuperq; liquet.

Tex. verò in can. vlt. 96. diſt. vbi dicitur; boni Principis, ac religioſi eſſe, Eccleſias contritas, atq; conciſas reſtaurare, nouasq; ædificare; & in can. adminiſtratores, 23. q. 5. vbi habetur, adminiſtratores ſecularium dignitatum, ad Eccleſiarum tutelam, non minus, quam ad pupillorum, & viduarum protectionem conſtitutos; Nihil ad rem noſtram; tùm quia non excludunt licentiam Eccleſiaſticorum, dùm inuitant Principes ad ædificandas Eccleſias; tùm quia iſti tex. inſtituentes, & augentes cultum diuinum, parum ſanè faciunt ad probandum edictum, quod deſtruit eiuſdem cultum.

Tandem Couaru. qui allegatur in reg.[a] poſſeſſor malæ fidei, par. 2. §. 1. num. 8. verſ. tertium eſt, &c. de reg. iur. in 6. vbi dicit; quod ſi communiter vtile ſit laicis, & clericis, vt certa bona religioſis non vendantur; ſtatutum ſuper hoc valet; Nihil ad rem facit; quia nullo modo prohibitio huius edicti eſt vtilis religioni, & ſi vtilis eſſet, non ideo magis ſeruanda, ob defectum iuriſdictionis ſtatuentis, d. c. Eccleſia S. Mariæ; nec iſta prohibitio poteſt etiam dici vtilis laicis; Et hæc de ſecundo edicto.

45 Ad tertium accedentes † illud certè exiſtimamus extrà omnem dubitationem, videlicet clericos exemptos à poteſtate ſeculari, vtcunq; ſuprema, cap. cum non ab homine, c. clerici, & c. at ſi clerici, de iudic. c. nullus iudicum, c. ſi quis contrà clericum, & c. ſi diligenti, de for. competen. c. vnic. de cleric. coniugat. in 6. c. penul. de for. compet. in 6. can. 1. & 2. ac ferè per tot. 11. q. 1. Talemq;

46 † exemptionem, iux. communem omnium opinionem, eſſe de iure diuino, c. quamquam, iuncta gloſ. in verb. (diuino) de cẽſ. in 6. Card. in repetit. d. c. perpendimus in 7. oppoſit. de ſent. excommun. Rebuſ. in concord. rub. de protectione concordatorum, verſ. &

ſeſſ.25.de reformat.cap.20.ibi, immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam,&c.

47 Exemplis † autem Petri, & Chriſti allegatis à conſultorib.Reipub.plenè ſatisfacit Præpoſit.in can.cũ ad verũ,96.diſt.col.9.verſ. & licet attribuatur,&c. & melius, col.13.verſ. & his rationib.&c. & tex.quem vnus ex conſultoribus putat ponderandũ eſſe, in can. Nos ſi competenter, §. item notandum, 2. q. 7. vbi legitur, quod in cauſis ſeculi Dauid Rex præerat Sacerdotibus, & Prophetis; Reſpondetur ex mẽte DD.ibi; nam Archid.ſub nu.4.Turrecrem. in §.item, cum Balaam, nu.2. Gemin. eod.§. verſ.præerat his,&c. Bellamer.in §.item, cum Dauid num.1. Præpoſit.in d.§.item, cum Balaam, in princ.teſtantur in primis, illa verba ponderata à conſultore, fuiſſe verba Gratiani, qui mentitus fuit, non ergò poterit quis inducere hunc tex.in his verbis; quin cũ Gratiano mẽtiatur. Referunt etiam intelligentiam Hugonis, quam approbare videntur, quod Dauid præerat Sacerdotibus, & Prophetis, ratione dignitatis, non ratione iuriſdictionis; & ſecundum hanc intelligentiam, minus rectè ponderatur, contrà cõmunem opinionem;

48 Ex his omnibus ſequitur, quòd † violatores huius exẽptionis maximè peccant, can.violatores canonum, 25. q.1. can. ſi quis dogmata, 25.q.2.can.nulli fas, 19.diſt.Zanchin.de hæretic.c.2.nu.12. Triuiſ.deciſ.35.nu.17.lib.2. & libertatem Eccleſiaſticam lædunt, cui præiudicat omnis coactio in clericos, c. ſeculares iudices, vbi gloſ. in verb. damnabilis, de for. compet. in 6. c. nullus iudicum ibi,quod ſi fuerit,&c. iuncta gloſ.in verſ.cui iniuriam,de for.compet. c.ad Apoſtolicam, de re iud.

49 Quæ verò contra adducuntur non obſtant; & primo † Pauli III. priuilegium, quo tota difficultas conſiſtere videtur, corruit, ex defectu voluntatis; fuit.n.obreptũ Summo Pontifici ſuper immemorabilitate, quam tamen ſciebant, aut ſcire debebant Dom. Veneti, ſe non habere; ſi non ex alio, ſaltem ex interruptione, ob iuramẽtum præſtitum Iulio II.& ex derogatione, de qua in Conc. Lateranenſi ſub Leone X. ſignum autem euidentiſſimum, quòd nullo modo habuerint hanc immemorabilitatem eſt, quod eam non expoſuerunt, quando obtinuerunt priuilegia à Sixto IV.Alexandro VI. & Innocentio VIII.igitur obreptio vitiabit reſcriptum, & ipſo iure, c. ſuper literis, de reſcrip. Felin. in c. ad audientiam, il ſecondo, num. 22. eod.tit.cum alijs.

50 Secundò, reſpondetur, quod † indulta Apoſtolica non comprehendunt clericos in dignitate cõſtitutos, vt eſt Canonicus, & Ab-

bas, de quibus agitur, qui in materia odioſa, appellatione clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum non veniunt, Abb. in ca. bonæ, il primo in p.º notab. verſ. contrarium tenui, &c. de poſtulat. prælat. per tex. in cap. ſtatutum, de elect. in 6. Dec. ex communi in cap. cum non liceat, num. 18. de præben. Alciat. in l. 2. nu. 9. de verb. oblig. materia .n. puniendi delicta, licet in ſe ſit fauorabilis, vt tamen delicta clericorum à laicis puniantur, odioſum eſt; ideo indultorum materia rectè dicta fuit odioſa; Et licet priuilegium Pauli III. loquatur de quibuſcunq; clericis in narratiua explicitè; & in diſpoſitiua relatiuè; tamen quid ipſe ſentiat, conſtat ex ſequentibus verbis ibi tam ſeculares, quam regulares cuiuſcunq; ordinis, etiam in ſacris ordinibus cōſtitutos, quibus verbis nō includit poſitos in dignitate; & dū poſtea ſubiungit, aliaſq; Eccleſiaſticas perſonas, intelligit de ſimilibus, vt denotat illa vox, alias gloſſ. in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit. & in c. ſedes, de reſcript.

51 Tertiò, dicitur, quod † ex iuramento prſtito Iulio II. præſertim in actu de non iudicandis clericis, vti actu generali contradicta priuilegia Sixti, Alexandri, & Innocentij; Domini Veneti dicta priuilegia perdiderunt, l. 1. C. de his, qui ſponte publ. muner. ſubeunt lib. 10. l. 2. in fin. de decur. Cyn. in l. voluntariè, C. de excuſat. tutor. Bart. in l. 2. §. penul. ff. de decur. Dec. in cap. cum acceſſiſſent num. 12. de conſtit.

52 Priuilegium verò Pauli Tertij † per abuſum ammiſſū eſt, can. priuilegium, 11. q. 3. cap. licet, verſ. quia priuilegium, de regul. & ibi gloſſ. allegat concord. & cum abuſus iſte notorius fuerit, malè dicunt, aduerſarij fuiſſe neceſſariam cauſæ cognitionem, l. ſi adulterium, cum inceſtu, ff. de ad l. iul. de adulter. l. ſi ex alieno, ff. de iudic. gloſſ. in clement. appellanti, in verſ. alias cauſas,

53 de appellat. † Minuſq; verùm eſt, aliquam eſſe cognitionem neceſſariam in notorijs, dum res agitur inter ſuperiorem, & inferiorem; non enim recuſabunt in hoc Domini Veneti recognoſcere Summum Pontificem, vti ſuperiorem; à cuius anteceſſoribus priuilegia poſtularunt.

Hactenus de priuilegijs expreſſis.

netum impetraſſe à Summo Pontifice licentiam procedendi contrà clericum, aſſiſtente ordinario Eccleſiaſtico; Igitur, ſi (dato caſu) petita fuit licentia; ergo non eſt in facto vera hæc immemorabilitas; vel non eſt vera, vt ſupponitur; ſcilicet libera; ſine ſpeciali licentia Papæ.

Dato etiam, quod in facto daretur iſta immemorabilitas, ſuper quaſi poſſeſsione iudicandi clericos, nihilominus eſſet mala conſuetudo, quæ iuſtum non produceret, ſed impiè prætenſum, ex aduersò priuilegium, vt legitur in can. mala autem conſuetudo 8. diſt. Mala (inquit Gratianus) conſuetudo niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius aſſumitur, & incipiunt præuaricationes, & variæ præſumptiones celerrimè non compreſſæ, pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari; † & ad
55 præiudicium exemptionis clericalis, & libertatis Eccleſiaſticæ nihil operatur longiſſima cōſuetudo contraria, vel allegata præſcriptio immemorabilis, c. clerici, & ibi gloſſ. in verb. conſuetudine, de iudic. cap. ad audientiam, c. fin. de conſuet. vbi gloſ. declarans, quę ſit conſuetudo irrationabilis, non præiudicans iuri poſitiuo, ait, eſſe per quam aliquid introducitur contra neruum Eccleſiaſticę diſciplinæ, ſeu libertatis, Euerard. conſ. 42. nu. 38. Rebuf. conſ. 193. num. 7. & extat optima deciſio Rotę in antiquis 10. quę nobis ſeruiet pro omnibus, quę allegari poſſent; quæ etiam omnibus contrarijs ſatisfacit, licet conſultores eam allegent ad probandam in Anglia cōſuetudinem; quam probat quidem ſeruari, ſed iniuſtè.

Ex alio etiam † nihil prodeſt hæc immemorabilitas, quia ſæpè
56 interrupta fuit ex Concilio Lateranen. ſub Leone X. & iuramento præſtito Iulio II. ex Concil. Trident. & ſingulis annis ex Bulla in Cœna Domini.

Vlterius nihil proficit hæc immemorabilitas, † quia non con-
57 ſtat de certa, & deliberata patientia Summi Pontificis, Aym. de antiq. temp. par. 4. ſect. incip. abſolutis differentijs num. 15. de qua etiam ſi conſtaret, proficeret potius ad euitandum ſcandalū, quàm ad transferendum ius aliquod, vt poſt Ioannem de Lignano, & Gaſp. Calder. in c. decernimus, de iudic. ſcripſit Surd. conſ. 301. num. 58. in tertio.

Nullum tandem facit negotium, quòd Reſpub. originem habuerit, quandò Imperatores Græci clericos iudicabant, in quo iure credendum ſit, ipſam perſeueraſſe, quòd licet poſtea Federicus tranſtulerit in Romanum Pontificem, non potuit tamen præiudicare Reipub. quæ non erat ſub eius iuriſdictione.

Reſpon

Reſpondetur enim † poſt aduentum Chriſti, facultatem iudi-
candi clericos fuiſſe apud Principes ſeculares de facto, & ex vſur-
58 patione, Caſtald. de Imperat. quæſt. 50. num. 13. eodemq; iure fuiſ-
ſe apud Venetos; † & quemadmodum Federicus recognoſcens
vſurpationem reſtituit talem facultatem Sanctæ Sedi Apoſtolicæ,
59 credendum eſt ad exemplum Imperatoris; id quoq; factum fuiſ-
ſe à Venetis, qui religione, & obſeruantia ergà Sanctam Sedem
Imperatoribus nõ cedebant; ſed vtcunq; res ſe ſe habuerit, ſi non
potuit Federicus auferre Venetis poteſtatem iudicandi clericos,
quam de facto obtinebãt; † potuerunt tamen Summi Pontifices,
& generalia Concilia; vt tenent etiam illi, qui putant exemptio-
60 nem hanc clericorum non eſſe iuris diuini, Couaru. in alleg. c. 31.
col. 5. in fin. verſ. tertia concluſio, &c. pract. quæſt.

Et hæc quidem potiora, ni fallimur, ex puriori canonũ, legum, & receptarum opinionum ſententia, Iuriſtarum more, ſelecta; puræ, ac ſinceræ fidelitatis, & deuotionis noſtrorum ergam Sanctiſſimam Sedem Collegiorum indicia; poſt humillimam ſacratiſſimorum Pedum deoſculationem; Sanctitati Veſtræ deuotiſſimè conſecramus.

Auctoritate Illuſtriß. & Reuerendißimi Archiepiſcopi imprimatur
Angelus Michael Bocchius Auditor.

Imprimatur Inquiſit. Bonon.

Alphonſus Paleottus Archiepiſc. Bonon. & Princeps,

Petrus Anton. de Sylueſtris, Collegij Iuris Pontific. Prior.
Hieronymus Ghyſilerius, Collegij Iuris Cęſarei Prior.

Ludouicus Gozadinus
Franciſcus Bocchius
Hercules Peregrinus
Franciſcus Odofredus
Angelus Michael Bocchius
Annibal Mareſcottus
Albertus de Muglio
Horatius Vignatus
Jo. Aloyſius Scapius
Vincentius Bancius
Hieronymus Buccafereus — *Collegiati.*
Florianus Spiſanus
Pompeius Blanchinus
Antonius Maria de Muglio
Paulus Tuſſignanus
Alexander Barberius
Ludouicus Pinus
Jo. Baptiſta Palmerius
Camillus Gypſius
Alexander Butrigarius
Jacobus Gratus
Ludouicus Bonfiliolus

Vt ſuprà concluſum Conſultum, & publicatum eſt, etiam per proprias ſubſcriptiones in pręſentia noſtra factas; iuris eſſe dixerunt, & affirmarunt ſupraſcripti Ill. Equites, & Comites Iurecon ſ.

VA1 1531731